



EXPOSITIO.

217.

Causam, ob quam filium hominis exaltari oporteat, Dominus explicat, & prosequitur, quantum ad fructum, serpentis aenei figuram: sicut enim omnis, qui serpentem illum corporis oculis movebat, non peribat, sed vivebat; ita omnis, qui in filium Dei crediderit, ipsomque fidei aspexit oculis, periturus non erit. Et dicitur, Qui credit; fide formata per charitatem. Et ideo ait, Credit in ipsum, dicitur enim, credere Deo, Deum & in Deum (de quo D. Thomas 1. 2. quæst. 2. art. 2. Magister in 3. dist. 23. Durandus quæst. 3. Suarius tom. de fide, disp. 6. sect. 3. num. 2.) Dicitur ergo: credere Deo, restitucandi, & dicendi; Credere Deum ut objectum materiale, quod creditur: Credere in Deum tanquam finem ultimum, finis autem per actiones nostras comparatur. Non percat, sed habeat vitam æternam. Duo hic significantur, ut notat Cajetanus; ut unum beneficium liberationis à malo scilicet, ne pereamus; alterum, donum consecutionis boni ex fide in Jesum Crucifixum. Vitam æternam; per hoc se esse Deum declarat, solus enim Deus eam dare potest. Et mors Christi hanc vitam confert. Unde eleganter ait Euthymius, quod Christus moritur tanquam homo; præstat autem vitam æternam, tanquam Deus. Ipse ut homo sustinet mortem & moritur sibi, ut Deus autem vitam nobis confert.

Credere Deo, in Deum, D. Thom. Magister, Durand. Suarius.

Cajetan.

Euthym.

Christus homo sibi, Deus nobis.

QUESTIO XXXVIII.

Quare Dominus passionem suam ponat sub umbra? illius verò fructum manifestè?

218.

Superiori versu passionem suam explicat Dominus, sed obumbratè: Sicut Moyses exaltavit serpentem; illius verò fructum hic manifestè: habeat vitam æternam. Respondeo quòd auditorem suum proposita passione morteque sua contristare noluit, sed potius tanta æternæ vitæ declarata felicitate delectare. Mandavit Deus Exod. 22. num. 21. Advenam non contristabit. Et Nicod. recenter advenerat, ut audiret Dominum; animus autem tristitia, & anxietate affectus, ad auscultandum, & audiendum incapax est. Auditis calamitatibus Job, convencerunt amici ejus, ut eum visitarent, & consolarentur, Job. 2. numer. 11. Et accedentes, sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum, videbant enim dolorem esse vehementem. ibid. num. 13. Si ad consolandum veniunt, cur nec verbum proferunt, sed per septem dies cum totidem noctibus obmutescunt? Videbant, dolorem esse vehementem. Divus Chrysostr. in Catena Græca, Animus, ait, memore confectus nihil potest commodè audire; quare illi nempe amici Job, cum domus illius tragediam spectarent, justumque in stercore sedentem, atque exulceratum viderunt, vestes disciderunt, ploraruntque vehementer, sessionemque prope eum elegerunt. Et ita Jacob, cum audisset dilectissimum

Auditor, & advena non est contristandus. Exod. 22. Mæstus animus ad audiendum incapax. Job. 2.

Chrysostr.

filium suum Joseph demortuum, in multoque se diffusisset fletus, Congregatis autem civitatis liberis ejus, ut lenirent patris dolorem, noluit consolationem accipere, Gen. 37. num. 75. Quod Joannes de la Haye ibi num. 94. explicat, quòd Jacob tristitia non attendebat ad persuasiones, quibus mœror erat deponendus, & non audiebat consolationem; mœstus enim animus difficile verba capit.

Genef. 37. Joannes de la Haye.

QUESTIO XXXIX.

Quare passionis fructus per æternam vitam acquisitionem explicetur?

Regnum cælorum multis rebus invenies in Evangelio comparatum, verbi gratia, thesauro abscondito, pretiosæ margaritæ, gaudii, & ita fideli servo dicitur: Intra in gaudium Domini tui. Cum ergo per Christi passionem nobis cælorum janua sit aperta, cur non sub alio, sed nomine vitæ æternæ felicissimus ipse aditus explicatur.

Facilis est solutio. Ut recta proportio cum figura allata servaretur. Nam sicut vulnerati respicientes serpentem aeneum vivebant; ita qui in Christum credit, æterna vita vivet. Secundo, quia mors Christi vita nostra est, & ex ipsius morte vita nostra prodit, Revertitur filius prodigus ad patrem, qui ad servos ait: Adducite vitulum saginatum, occidite, quia filius meus mortuus fuerat & revixit, Luc. 15. num. 23. optime sanè conveniunt mors vituli, scilicet Christi cum vita filij, D. Chrysostr. serm. 3. Historiam loquimur, adhuc, etiam cogitemus arcana nuda: mysterium: Mortuus filius vituli suscitatur ex morte.

Tertio, Euthymius, Crux vitæ fons est. Sub serpentis exaltati typo de cruce sua Dominus agebat: cui fructus vitæ associatur mirificè, nil enim citius à cruce prodit, quàm totius humani generis vita. Cum Agar unà cum Ismaële filio suo a domo Abrahamæ expulsa abiret, deficiente aqua ob illius penuriam: Cumque consumpta esset aqua in jure, abiecit puerum subter unam arborem Et statim subditur: Aperuitque oculus ejus Deus, qui videns puteum aqua abijt, implevit utrem, & deditque puero bibere, Gen. 21. n. 18. Sed cur cæli favores, non panduntur Agar, ut retinet puerum brachiis, fover sinu, recreat amplexu, ac proprio matris muneri incumbit? At ubi puerum spiritum penè exhalantem sub arbore projicit, Angelus apparet, puteus se prodit, & inde scaturientes aquæ defluunt? Arbor lignum sanctæ Crucis præsignabat, cujus umbram ubi puer moribundus attigit, statim fons vitæ adest, cujus aquis abundantissimè recreatus refocillatur spiritus, & vivit ad numerosam progeniem procreandam. D. Isidorus in Genef. cap. 17. Quod filium morientem siti sub arbore projicit & sic demonstrante Angelo aspicit fontem, significabat, quosdam ex populo ad umbram ligni crucis refugium petisuros.

219.

220.

Vita ex Christi morte.

Luc. 15.

Chrysostr.

221. Euthym. Crux, fons vitæ.

Genef. 11.

Isidorus.

Ioannis 3. n. 16. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret; ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

ris, ut sola Christi infinita sapientia poterit explicari. Secundo ex persona dante seu amante, Rom. 8. Deus, qui infinitis modis superat creaturam, & nil nostri indiget, nec aliquid utile potest ab homine accipere: imò multis erat offensus peccatis. Quod notans Apostolus ait Rom. 8. num. 8. Commendat Deus charitatem suam in nobis, quoniam adhuc cum peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est. Tertio ex modo diligendi seu dandi; nam diligere dicit amare, non imperi appetitus, sed dilectionis iudicio, ut notant multi ex radice Græca, de quo quæst. 41. Daret; non redderet, non venderet, non mutuo daret ad tempus, ut notat Hugo; non ad triumphos, sed ad mortem, & passionem dedit; nam, ait D. Bernard. Totus datus est mihi, & totus in usus meos, & expensas. Quarto commendatur hæc dilectio ex dono dato, filium non servum; non Angelum, ut notat Chrysostr. & filium, non alienum, sed suum, proprium, & naturalem, & unigenitum, ac unicum. Si enim multos filios haberet, & unum pro mundi redemptione dedisset, mira dignatio; sed dum dat unicum, & unigenitum, excessus amoris: nam, ut advertit D. Thomas, si multos haberet filios, amor esset divisus; at cum unicum habeat, totus amor est in uno. Et dum se Christus appellat unigenitum, ut notat D. Cyrillus lib. 2. cap. 51. declarat, se esse ejusdem substantiæ cum Patre, ac ejus filium naturalem. Adoptivus enim Deus multos filios habet, qui sumus nos omnes. Et hic etiam, ut bene ponderat Cajetan, explicat mysterium Trinitatis Primam personam & secundam hic; de tertia egerat supra: Spiritus, ubi vult, spirat. Quinto commendatur dilectio ex eo, cui datur, mundum, scilicet sibi contrarium, hostem, & reum damnationis.

Hugo. Bernard.

Chrysostr.

D. Thom.

Cyrrill.

Cajetan.

224.

Ambrosi.

VERSIONES.

Syriacus. Ita enim dilexit Deus mundum, ut filium suum unicum dederit, ut quisquis credit in eum, &c. Arabicus. Sic dilexit Deus mundum, ut dono dederit filium suum. D. Athanasius lib. 5. contra gentes. Ut filium suum unigenitum traderet, ut omnis, qui credit, &c. Salvian lib. de gubernatione Dei. Sic enim Deus dilexit hunc mundum, ut filium suum unicum daret pro mundi vita. Iobius Monach. lib. de Incarnat. c. 4. Bi-blioth. Plotij. Sic Deus mentis iudicio dilexit mundum. Arias. Ut filium suum illum unigenitum daret, ut omnis credens in eum, Tertullian lib. In quem omnis, qui credit non pereat, &c. 21. sed habeat vitam sempiternam.

EXPOSITIO.

SUPPONO ex communi consensu Patrum Cyrilli, Chrysostr. homil. 26. Basilij in Psalmo 7. Ambrosij lib. 1. de penitent. cap. 10. & 11. D. Athanasij, Tertulliani, Salviani, quos proxime citavi, hæc verba prolata esse à Christo Domino. Et habet Ecclesia Romana feria 2. Post Pentecostem, Dixit Iesus Nicodemo. Unde non sunt audiendi Recentiores dicentes, hæc verba esse prolata ab Evangelista. Et in his verbis, ut notant D. Chrysostr. citatus, Amphilocheus, Euthym, Theophyl. Rupert, & Apollinar. in Catena Græca, reddit minus rationem, ut manifestè indicat particula enim; ob quam filius hominis sit exaltandus in cruce, sicut Moyses exaltavit serpentem; sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum daret, seu traderet ad mortem.

223.

Albert. Mag.

Hic autem eximius Dei amor maximè exaggeratur ex omnibus verbis appositis. Et ex sex conditionibus ostenditur. Primo ex modo proponendi; Sic, id est, tanta amoris vehementia, conatu, ac excessu, seu ut explicat Albert. Mag. in tantum dilexit. Et fuit tantus hic excessus amo-

Sexto ex fine donationis; noti enim Deus filium suum dedit, aliquem sibi fructum querens; sed ut crearet creaturas suas vivificaret à morte. Ut omnis, ait D. Ambrosius lib. de penitent. cap. 10. Cum omnis dicitur, nullus excluditur, nullus excipitur: non enim excipit eum, qui lapsus est, si tamen postea bene credat. Textus, Qui credit in eum charitate formata. Credit de præserti verbum est; & tamen credentium fides in Christum majori ex parte postea erat futura; suorum enim merita semper de præserti ei ante oculos obversantur, Non percat, sed habeat vitam æternam; Christus de quod explicavi superiori expositione n. 217. Et præmio secundo bis Dominus hæc verba repetit, tam hic quam superiori vers. 15. ut homines de præmio suo, æternæque felicitate consequenda redderentur maxime certi. De passione sua Dominus hic occultè agit: ut filium suum unigenitum daret; de fructu verò illius apertè: ut non pereat, sed habeat vitam æternam, quod pulchrè notat D. Chrysostr. homil. 16. Passionem itaque, ait, non aperit, sed in umbra producit; ex ea autem emolumentum manifestius narrat, ut jam supra notavi quæst. 28. Nota diligenter, quod Dominus commemorat præmium cretentibus promissum: aut non pereat, sed habeat vitam æternam; & non credentibus impostum supplicium prætermittit: volebat enim homines ad se potius ac benignitate allicere, quàm minaci terrore pænæ: Vide lib. 1. cap. 1. quæst. 43. n. 108.